CAPITVLVM ET CANONICI
Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ omnium Vrbis, & Orbis Ecclesiarum Matris, & Capitis.

DILECTO Nobis in Xpō Reu.ᵈ D. Gregorio Morelli Presbytero Terræ Cutri Diœcesis Sanctæ Seuerinæ salutem in Domino sempiternam. Vt quæ Regimini nostro ex benignitatè Sedis Apostolicæ commissa sunt in sui Status prærogatiua perpetuò subsistant illibata eorum indigentijs consulere à proprij muneris sollicitudine commonemur. Volentes propterea Loca, & Personas in Diœcesi Sanctæ Seuerinæ Sacrosanctæ Lateranen.ˢ Ecclesiæ, & Nobis subiecta, & subiectas de Vicariatus Officio prouidere una cum Illmo, & Rmo D. Prospero Columna Protonotario Apostolico, ac R.C.A. Clerico, Eminᵐⁱ & Rmi D. Benedicti S. Mariæ in Via Lata S.R.E. Diaconi Cardinalis Pamphilij nuncupat.ᵈ & Sacrosanctæ nostræ Lateranen.ˢ Basilicæ Archipresbyteri, Vicario, in Patriarchio nostro, ut moris est, Capitulariter congregati, auctoritate ordinaria, & qua vigore Indultorum Apostolicorum fungimur, in quorum usus possessione sumus, omnique alio meliori, quo possumus modo de præfatum Rev.ᵈ Gregorium Morelli, de cuius probitate, & honestate plurimum in Domino confidimus, in Vicarium nostrum, ad nutum quoque nostrum amouibilem, & sine spe salarij pro Locis, & Personis Nobis in primodicta Diœcesi Sanctæ Seuerinæ ratione fundationis illorum in solis Lateranensibus spectantibus, tenore præsentium eligimus, deputamus, & constituimus cum omnibus facultatibus necessarijs, & opportunis ad Officium huiusmodi obeundum, cæterisque gratijs, indultis, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus, quibus eumque dictæ nostræ Sacros: Later: Basilicæ, & Nobis inseruienti virtute dictorum Indultorum, & Priuilegiorum Apostolicorum competentibus. Mandamus itaque omnibus in dicta Diœcesi Nobis subiectis, ut Te in talem admittant, recognoscant, & tractent. In quorum fidem has præsentes Litteras manibus DD. Camerariorum, & Secretarij Canonicorum nostrorum subscribi, Sigillique nostri Capitularis magni, quo in talibus utimur, iussimus, ac fecimus impressione muniri. Datᵉ Romæ apud Lateranum hac die 18. Iulij 1721. Pontificatus autem SSmi in Xpō Patris & D N D. Innocentij Diuina Prouidentia Papæ XIII. Anno eius Primo

1721

Romae D. Petrus Cae-
monensis
S. Gregorio Nonello